Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Puaptatis contemptus

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

Pauptatis contẽptus.

Paupertas nõ
ẽ de genere ma
lorum. Et mu/
nera nondum
intellecta deũ.
Mens auari ſe/
mel uiculis cu
piditatis aſtri/
cta:ſemper au/
rũ ſemper argẽ
tum uidet: ſem
per redditꝰ cõ
putat. gratius
intuetur aurũ
q̃ ſolem.

Paupertatis onus omnes iam ferre recuſant: — Sapien. V.
Auri ſacra fames pectora cuncta quatit. — Virg.iiii.en.
Haud facile emergunt quorum uirtutibus obſtat — Iuuenalis.
Res anguſta domi;pauperieſcꝫ grauis.
Amplius haud titulos:claroſue merẽtur honores — Sapien.ii.
Qui ſophię cultus & monumenta colunt. — Eccleſi.ix.
Iamcꝫ uiri iuſti poſtrema ſede locantur: — Prouer.xxiii.
Diuitibus ſolis munera prima patent. — Eccleſi.x.

Oui.i.faſt.	Nam quia collectus tribuit modo cenſus honores:
	Cenſus amicitias:pauper ubiꝙ iacet.
Iuuenalis.	At qui diuitias ingentes tentat habere:
Ecceleſi. V.	Curat opes grauidas & cumulare ſibi:
Mich. Vi.	Hoc modo conſtituat uitam:ſit ſpretor honoris:
	Et fidei ſeruet pignora nulla ſacrę:
Eccľ.xx V.	Per ſuperos iuret:fallatia uota per aras
xxx Vii.	Iactitet:emineat nullus in ore pudor:
diſ.nõne.	Nil ſcelus atꝙ nefas:nihil & peccata peracta
Eccle.iiii.	Eſtimet:& cęcus ad mala cuncta ruat:
xlVii.di.	Exercet rapidam uſuram:digitoꝙ tenaci
ſicut.	A miſeris capiat foenora dira uiris:
Eccle. xiii.	Delatoris agat fraudes:uoceſꝙ doloſas:
Amos. V.	Auribus inſtillet ſęua uenena bonis.
Eſaię.x.	Infectus uitiis iſtis nunc uoluitur orbis
Iob. V.	Totus/& ad nũmos ſędula turba ruit.
ꝑuer.xi.	Venditur omne nefas nunc pro quadrãte minuto
xi.q.iii.	Venditur & uirtus/iuſtitięꝙ rigor.
pauper.	Plures ex merito mortemꝙ & fata ſubirent
xxiiii.q.iiii	Ob ſcelera.& uitę crimina magna ſuę:
ne amiſſo.	Ob furtum plures furcaſꝙ crucemꝙ ſubirent:
apo. x Viii	Ni ſacer hos nũmus a laqueo eriperet.
Ecceleſi.x.	Impunita manent nunc crimina multa uirorum.
	Nũmus ab exitio liberat atꝙ nece.
Iuuenalis.	Furibus ignoſcit magnis cenſura:columbas
	Vexat:& ad laqueum guttura parua ligat.
Achab	Contentus regno quondam non perfidus Achab
iii.Re. xxi.	Cogitat atꝙ inopes exſpoliare uiros.
Eccle. V.	Ortus erat Naboth/patria quem lege colebat
	Vir bonus & frugi:gratus & ipſe deo:
	Ortum hunc rex diues/a paupere habere petebat
	Hunc ſibi:ſed Naboth cum ratione negat.
	Propterea miſere ſaxis trucidatus:& enſe

Corruit:at tandem rex fera fata tulit.
Solus inops premitur: ſaccos geſtare neceſſe eſt: — Vi.q.iii.
Truditur in ſaccum pauper ubiq; grauem. — pauper.
At paupertatis(quando ętas aurea mundum — Iuuenalis.
Luſtrabat)laudis gloria magna fuit — Lucanus.
Parcus erat uictus:frugalis uita:laborq; — xV.q.ii. il-
Cōmunis:feruor/nullus auaritię. — la no.dere
Omnia maiores:cōmuni iure tenebāt: — ſcrip. ſta/
Non ita diuitias legerat ullus auus. — tutū.li. Vi.
Panpertatis amor peperit pręconia priſcis — bea. tho.ii
Quorum perpetuo gloria parta uiret. — ii.q. clxxx/
Paupera Roma fuit quondam:pauperq; ſenatus: — Viii. ar.iii.
Atq; inopes habuit bellica Roma duces. — puer.xix.
Curius inſignis dux paupertate decorus: — xii.q.ii.
Sub iuga Samnites/traxit & Auſonios. — crates.
Publicolam extollunt:qui paupertate benigna: — Roma.
Emeruit laudes/ęthereumq; decus. — Q.Curiꝰ
Fabricium colimus:qui Pyrrhi munera ſpreuit — dendatus.
Cui ſatis exiguus cenſus & arca fuit: — Publicola
Regulus & meruit pręconia magna:decuſq;. — Fabritius.
Iugera cui exiguo parua fuere loco: — M.regulꝰ
Paupertas tribuit noſtris primordia ſęclis: — de quo tul
Hęc urbes ſtatuit.ſceptraq; digna dedit. — lius in of.
Iſta magiſtratus ſtabiliuit:regnaq; mundi: — Apuleius.
Inuenit meritis dogmata cuncta ſuis.
Gręcia clara quidem cum paupertate decora — Gręcia
Promeruit laudem perpetuumq; decus.
Iuſtus Ariſtides pauper:fuit Epamynūdas — Ariſtides
Dux equidem pauper:fortis & indomitus: — Epamynū
Et fuit inſignis uates quoq; pauper Homerus — das.
Dum tonat heroo troica fata pede: — Homerus
Socrates ętherea ſophia ſuccinctus/& arte: — Socrates
Diuitiis uacuus/non ſine laude fuit.

Ecclesi. xi. In mundo nihil eſt tam cęlſum:tamq̧ ſuperbum:
Ex riuo quod non fluxerit exiguo:
Roma. Paupertatis honor:Tarpeias extulit arces:
auguſtinꝰ Atq̧ urbi titulum principiumq̧ dedit:
Pauperibus Roma eſt quondam paſtoribus orta.
Ruſticus exilis nomina tanta dedit.
Ouidius Diuitię molles fregerunt regna ſuperba:
Ecc.x Viii. Propter opes cecidit Roma:cadetq̧:potens.
carthago Propter opes:miſeras paſſa eſt Carthago ruinas
ꝓuer.xxii. Paupertatis honor ſed ſine fine micat.
Iuuenalis. Quid tantum cupimus:funeſta pecunia multos
Cręſus de Mortales damnum iuſſit inire graue:
quo hero Diuitię Croeſo regi nocuere ſuperbę:
do.li.i. Propter opes/mortis triſtia fata tulit.
ꝓuer.xii. Sit uenerandus apud mortales pauperis uſus:
Eccle. Vi. Nam coelum diues nullus inire poteſt.
Marci.x.

Non perſeuerare in bono.

Hoc manibus multi cupidis contingere aratrum
Accelerant:coeptum ſed continuare laborem
Poſtponunt:quoniam nondum ratione politi:
Aſſidue cuculum paſcunt:nidoq̧ reponunt.

Feruet opus primum dum ruſticus urget aratrum:
Lucę.ix. Fit labor ardenti primus ubiq̧ manu.
Eccleſia. Quid uelit ergo mei ſententia carminis:audi.
xxx Viii. Vt capias alacri nunc documenta manu:
Abacuc.i. Hos uocat ex merito fatuos ſtultiflua nauis
ii.Cori. Vi Iure ſuo remos:uelaq̧ celſa trahunt:
Ad heb.iii Qui ſatis incipiunt bene uiuere tempore primo:
Et uitam oſtendunt ducere uelle bonam:
ad heb. xii Ad ſophię ſtudium proni:documenta ſequuntur
Et bona:quę ſternunt foelicitatis iter:

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg